













em  
are  
bñ  
it  
onjs  
Es  
m?  
uu  
s n  
l  
p  
tel  
ti  
u  
e t  
rgo  
tel  
ue  
vic  
pu  
gi  
pu  
rt  
Re  
a  
on  
7  
B a  
g  
m  
g





... cura amouere  
are p p'lo dei q merui  
b'nd'ca p'ciu ferre m'di  
it e' spassio s'r afflictis  
p'ns s'r celoz peregrinis  
s' Custodi nos ne ca  
m' foue ne deficiam'  
luua vt vincam' salua  
s ne peream' Tu an  
Ima redemptoris mat q  
puia celi porta manes  
stella maris succurre ca  
ti surgē qui curat popu  
u q genuisti natura mi  
e tuū sanctū genitorem  
ergo prius ac posterius  
telis ab ore Sumens il  
ue peccatoz m'ferere.  
dicit ab aduentu vs ad  
purificacois An Sal  
gina m'r zc Et dicit a  
purificacois vs ad fei  
rtā maioris ebdomade  
Regina celi letare a'zc  
a vigilia pasche vs ad  
onē dñi An Ave regia  
zc dr a vigilia ascēb.  
s ad aduen. dñi & Ave  
grā plena Oratio  
m'ps sempit'ne d's q  
gloriose v'ginis ma


bitaculū effici mereretur  
cooperāte spū scō prepa/  
rasti da vt in cuius com  
memozatione letamur e  
ius pia int'cessione ab in  
stantibus malis et a moz  
te ppetua libemr Per e/  
und cristū do. no. Amen  
Incipiūt Vigilie mortuoz  
lacebo dño in regione  
vivozum .psal' Dilexi  
fol lix An Iheu michi quia  
incolatus me' prolongatus  
ē ps Ad dñm cū ē fo lix an  
Dñs custodit te ab om' ma  
lo custodiat aiaz tuā dñs ps  
Leuauit oculos fo. lx an Si  
iniqtates obseruaueris dñe  
dñe q's sustiebit ps De pf.  
fo. lxi. an Opera manuū tu  
arum dñe ne despicias .ps  
Confitebor ē fo lxiij v. Au  
diui vocem de celo dicentē  
michi Scribe beati mortui  
qui i dño moriunt ad mgt  
Omē qd dat m' p' ad me ve  
niet et cū q veit ad me non  
ciciā foras ps mgt folio li.  
p' n'r Et ne Sz li ps lau/  
da aia mea dñm folio lxi.  
A porta inferi Erue domie



eus qui inter apli/  
cos sacerdotes fa/  
mulos tuos pontificali  
seu sacerdotali fecisti di/  
gnitate vigē p̄ā q̄sumus  
vt eoz q̄z p̄petuo agḡ gē  
tur s̄ozcio **Alia orō**  
e' venie largitor et  
hūane salutis ama/  
tor q̄s imensā clemēciam  
vt nrē oḡ gacōis frēs so/  
rores pp̄inq̄s 7 b̄nfcōzes  
q̄ ex h̄ sc̄lo t̄nsierāt beata  
maria sp̄ v̄ḡie it̄cedēte  
cū oib' sc̄is tuis ad p̄pe/  
tue btitudōis s̄ozciū p̄ue/  
nire c̄cedas p̄. **Alia orō**  
ideliū d̄s oim̄ cōdi/  
tor 7 redēptor aīa.  
**Inuitatoriū** Regē cui om̄ia  
viuūt v̄ite adozem' añ. **Di**  
rige d̄ne d̄s me' i cōspcū tu  
o viā meā p̄. **Verba folio. ij**  
añ **Conūtē d̄ne** 7 eripe aīaz  
meā qm̄ nō ē in morte q̄ me/  
mor sit tui. p̄. **D̄ne** ne i furo  
re folio. ij. añ. **Ne** quando ra  
piat vt leo aīam meam dum  
nō ē q̄ reuiat neq̄ q̄ saluū fa

est homo quia maḡficas  
eū a' quid apponis erga  
eū cor tuum **Visitas eū**  
diluculo et subito p̄bas  
illum **Isq̄quo** nō p̄cis  
michi nec dimitti me vt  
gluciā saluā meā **Pecca**  
ui **Quid** faciā t' o custos  
hoim̄ **Quare** me posuisti  
c̄triū tibi 7 sc̄s sū m̄met  
ip̄i ḡuis **Tur** nō toll' pec  
catū meū et q̄re n̄ aufers  
iūqtatē meā **Ecce** n̄c i pul  
uere dormiā et si m̄ae me  
q̄sieris n̄ subsistā. **Et**  
do qd̄ redēptor meus viuūt  
7 in nouissimo die de terra  
surrectur' sū **Et** i carne mea  
vidbo deū saluatore meū **Et**  
**Quē** visur' sū ego ip̄e 7 nō  
alius et oculi mei conspec  
turi sunt **Et** i **Lectio**  
edat animā meam  
vite mee dimittant  
aduersū me eloquiū meū  
**Loquar** in amaritudo  
aīe mee dicā d̄o **Moli** m̄  
c̄dēpnāe **Iudica** m̄ **Tu**





**DE SE-**  
**CTIS ET OFFEN-**  
**diculis in Ecclesia.**  
*Item de diuinitate Christi:*  
*Cum explicatione luculenta*  
*uerborum Epistolæ ad He-*  
*braeos, Qui est splendor glo-*  
*riæ eius & character hy-*  
*postasis eius &c. Et adie-*  
*ctis tribus Symbolis.*  
**Aut. D. Mart. Luth.**

*Hannov 1545*



ORNATIS  
SIMO VIRO DOMINO  
HENRICO VOM BRVKE,  
L. L. Licentiato compatri suo & Do-  
mino in Christo obseruando M. Io-  
hannes Freder. Pomeranus.



RATIAM ET PA-  
cem Dei per Christum.  
Cum cardo salutis no-  
stræ uertatur in fide Ar-  
ticuli de diuinitate & hu-  
manitate Christi, Satan  
ut hanc salutis nostræ anchoram, pro-  
ram ac puppim euerteret, fidemq; ca-  
tholicam ab ipsis radicibus conuelle-  
ret, multos produxit in harenam præ-  
postera rationis sapientia infatuatos  
qui maximas diuinationes ac contro-  
uersas partim de diuina Christi essen-  
tia, partim de personali distinctione in  
Ecclesia concinerunt, horrendisq; erro-  
ribus rudes & incautos inuoluerunt.  
Quorum errorum fons ac causa non  
alia fuit quam q̄ postposito Dei uer-  
bo somnia rationis suæ secuti sunt,  
cum



cum tamen vel maxime hoc mysteri-  
um de diuinitate & humanitate Christi  
nulla rationis perspicacia peruideri  
possit, Imo in hoc reconditissimo &  
omnium maximo mysterio nihil mi-  
nus adhibendum est in consilium quam  
rationis iudicium, eaq; cautio uel ma-  
xime adhibenda, ne aut cogitatio no-  
stra supra id euolet, aut linguæ ple-  
ctrum ulterius proruat quam fines &  
limites uerbi diuini hic protenduntur.  
Nusq; enim inuestigandus Deus quam  
in suo uerbo, nec cogitandum est quicq;  
de Deo quam cum Dei uerbo, nec  
quicq; loqui conuenit de Deo quam  
per Dei uerbum. Immensam & in-  
finitam illam mentem nec coelum  
nec terra capere. & exiguum nostri fa-  
tui & uertiginosi cerebelli striniolum  
caperet? Sol quotidie uersatur nobis  
ob oculos sic ut ipsos etiam oculos præ-  
stringat, nec tamen quisq; hominum  
unq; penitus peruidere potuit, quale  
esset solis corpus. Imo nemo homi-  
num humanam substantiam satis est  
assecutus unq;: An non igitur proca-  
cissima & audacissima temeritas atq;  
infantia? Velle infinitam illam substan-

A a tiam



tiam diuinam, suæ rationis modulo me  
tiri ?

Cum autem non tantum superioribus illis patrum temporibus sed nostris quoque, Satan per Iudæos, Seruetos, Anabaptistas, aliosque rationis uertigine dementatos Christum impetat insidiosissime & hostilissime, ut & illum sua sede deturbet, diuinitatisque honorem illi surripiat, nosque nostra salute euertat, ideo animus noster firmis & solidis scripturæ de hoc Articulo testimonij contra stultam rationis sapientiam & procacem eius lasciuiam, Satanæque insidias & tendiculas probe muniendus est. Et hoc consilio ut animi piorum haberent munimentum aduersus rationis morosophiam & Satanæ machinationes. Reuerendus in Christo pater, D. Doctor Mart. Lutherus editis tribus Fidei symbolis, quæ per totam sæcula sunt conseruata & ad nos transmissa, adiecit quædam de diuinitate Christi confirmandæ fidei nostræ ualde profutura.

Et inter alia diligenter & perspicue explicat uerba illa Epistolæ ad Hebræos de Christo cap. 1. Qui apaugasma gloriæ



gloriae eius & character hypostaseos  
eius: Quae verba a paucis satis expli-  
cata uidentur. Quare si non ob aliud  
certe ob explicationem horum uerbo-  
rum dignus est hic libellus qui non tan-  
tum inter germanos sed in tota etiam  
Ecclesia legatur. In nullo enim scrip-  
to, quod quidem ego uidi, luculentius  
& exactius is locus explicatus est quam  
in hoc libello.

Verum praeter hunc locum de Chri-  
sti diuinitate, agit hic & de sectis scan-  
dalis & dissidijs quibus Ecclesia scindi-  
tur, his maxime temporibus cum pu-  
rior Euangelij doctrina illuxit, Et cum  
Hyperaspistae Papatus his dissidijs &  
sectis offendi imperitos uideant, in om-  
nibus aduersus nos editis scriptis haec  
dissidia & scandala nobis obijciunt, &  
paeis concordiaeque magnifica & proli-  
xa encomia occinunt, nosque ut omni-  
um dissentionum authores execrantur.  
Quidam etiam loquaculi, & sapientuli  
secundum mundum, integros de hoc  
argumento libros mundo obtruserunt,  
spetiosis & plausibilibus titulis, Alius  
de amabili Ecclesiae concordia, Alius de  
dissidijs Ecclesiae componendis & sar-

A 3 cienda



cienda Ecclesiae concordia, Alios alij,  
sed in hunc finem & hoc animo scrip-  
ti omnes, ut puriorem Euangelij doctri-  
nam immenso Dei beneficio his tem-  
poribus redditam, obruant & defor-  
ment, utq; his splendidis, popularibus,  
& gratis concordiae encomijs animos  
Regum ac Principum effascient, ne  
cogitent de remedio aliquo his malis  
adhibendo, nec ulla pia, sana, modera-  
ta, ac necessaria consilia, quibus errores  
& idolomaniae in Ecclesiam inuectae, tol-  
lantur, admittant. utq; eorum animis  
in nos inflammatis, uitae nostrae pericu-  
lum & exitium creent. Nos enim eo-  
rum dissidiorum autores, & ut impij  
cuiusdam aduersarij nostri uoce utar,  
succentores faciunt, ob id q; quidam  
ex nostris horribiles errores, manife-  
stos abusus, & grauissimas idolatrias  
papatus reprehenderunt & sustulerunt.  
Nec luserunt prorsus omnem ope-  
ram aduersarij nostri, nam uehementi-  
bus illis & plausibilibus de concordia  
declamationibus multos imperitos a  
ueritate doctrinae auerterunt, hodieq;  
auertunt, ueramq; doctrinam si non ali-  
ud, certe suspectam faciunt. Ipse ado-  
lescen



lescens, forte in Hyperaspisten quendam non elinguē incidi, & quia illo tempore nondum satis rerum sacrarum cognitione instructus nec satis aduersus uenena ista munitus fui, memini me moueri concordiae magnifico encomio. Verum ubi mihi lectus esset hic libellus D. D. Martini, exemptum est protinus quicquid offensionis & ueneni Visperaspistes iste animo meo instillararat. Et ob eam etiam causam hunc commentariolum mirifice semper amantissimè me contra uiperea ista concordiae encomia & aspidis letales morsus armavit & muniuit. Cum uero non dubitem quin in exteris etiam nationibus multi ex electis idem saxum uoluant, & ab intempestiuis illis concordiae encomiastis a uera doctrina deterreantur & auocentur, illorum etiam gratiam, libellum hunc in linguam latinam transfudi.

Tibi autem, uir ornatissime, hanc uersunculam meam dedico non aliam ob causam quam ut obseruantiam & beneuolentiam animi erga te mei hoc modo declarem & ut animum tuum ante mihi deuinctum, arctius etiam &

A 4 in per



in perpetuum mihi deuinciam. Eaꝗ tua  
est pietas præter alias præclaras & mul-  
tas uirtutes tuas ut tibi sacra non inepte  
dedicari possint, utꝗ dignus sis quem  
non tantum sua tempora sed omnis po-  
steritas amet ac prædicet. Vale in Chri-  
sto qui te cum coniuge honestissima &  
liberis suauissimis ad nostræ reipubli-  
cæ utilitatem quam diutissime ser-  
uet incolumen, Amen. Ex  
Hamburga. 12. Maij. Anno  
1. 5. 45.

MARTINVS LV-  
ther. Doctor.



ETSI HACTENVS  
de fide satis multa do-  
cui ac scripsi, & quid sit  
& quid operetur, seu  
quæ eius energia ac uis  
sit, Etsi in publicum e-  
tiam edidi, Confessio-  
nem meam de mea fide, in quo libello  
rationem reddens fidei meæ profiteor,  
in qua sententia constanter perseuera-  
re constituerim, tamen cum Satan no-  
uos subinde dolos contra me nectat,  
nouis



nouisq; ac alijs subinde stratagemati-  
bus, technis ac machinis me adoriatur,  
ex abundantia uolui edere in publicum  
coniuncta simul hæc tria Symbola, ut  
fidei Christianæ confessiones ac testi-  
monia, quæ in Ecclesia hæctenus conser-  
uata, lecta & cantata sunt, quo sic quoq;  
publice tester me cum uera catholica  
Ecclesia sentire, a qua hæc symbola hæ-  
ctenus conseruata sunt, nec mihi conue-  
nire cum falsa ac personata Ecclesia,  
quæ quidem magnifice & plenis buc-  
cis gloriatur se esse Ecclesiam, cum ta-  
men ueram Ecclesiam summo & hosti-  
lissimo odio persequatur, multasq; ido-  
latrias obscuratis his pijs symbolis in-  
uexerit, sicuti olim populus Israheliti-  
cus neglectis & postpositis ueris illis  
Dei cultibus quos Deus instituerat,  
multas idolatrias in uallibus, in colli-  
bus, sub arboribus erexit & instituit,  
& nihilominus tamen uerus Dei popu-  
lus, esse & dici uoluit, oñesq; Prophetas  
& ipsum etiam Christum ob id interfe-  
cit & persequuti sunt, q; illa reprehens-  
dissent & ueros cultus Dei esse negas-  
sent.

Primum Symbolum, quod Apосто-  
lorum

A S



lorum dicit, omnium est pulcherrimum  
& mire concinnum quia succincto lus-  
culento aptoque compendio Articulos  
fidei continet & a pueris rudibusque non  
magno negotio discitur.

Alterum Symbolum Athanasij est  
prolixius, fuliusque propter Arrianos  
tractat, illustrat & explicat unum illum  
Articulum de Christo Iesu, quod sit unicus  
Dei filius & Dominus noster, in quem  
credimus & quem inuocamus eadem  
fide qua credimus in Deum patrem.  
ut uerba symboli habent in primo sym-  
bolo. Credo in Deum patrem &c. Et  
in Iesum &c. Nisi enim verus esset De-  
us cum patre, non esset æquali cum pa-  
tre honore afficiendus. Hoc agit &  
tractat S. Athanasius in suo symbolo.  
Estque eius symbolum quodammodo  
propugnaculum & scutum alterius pri-  
mi symboli Apostolici.

Tertium Symbolum putatur esse  
compositum a S. Augustino & Am-  
brosio, & a baptismo S. Augustini can-  
tatum. Vt cumque se hæc habeant;  
sine periculo id creditur & non cre-  
ditur. Egregium tamen & pulchrum  
est symbolum (quisquis autor fuerit)  
inque



inque cantionem redactum est ut non  
tantum ueram fidem eo confiteremur  
sed & Deum in eo laudaremus, glori  
ficaremus & illi gratias ageremus.

### SYMBOLVM APOSTO lorum.

**C**redo in Deum patrem omnipo  
tentem, creatorem coeli & terrae.  
Et in Iesum Christum filium eius  
unicum dominum nostrum, Qui con  
ceptus est de spiritu sancto, Natus ex  
Maria uirgine, Passus sub pontio Pila  
lato, Crucifixus, mortuus & sepultus,  
descendit ad inferna, tertia die resurre  
xit a mortuis, ascendit ad coelos, sedet  
ad dexteram Dei patris omnipoten  
tis, Inde uenturus est iudicare uiuos &  
mortuos. Credo in spiritum san  
ctum, sanctam Ecclesiam catholicam,  
sanctorum communionem, remissio  
nem peccatorum, carnis resurrectio  
nem & uitam aeternam, Amen.

### SYMBOLVM ATHA nasi Episcopi.

**Q**uicumque uult saluus esse, ante  
omnia opus est ut teneat catho  
licam fidem, Quam



Quam nisi quisq; integram inuiolatam  
q; seruauerit, absq; dubio inæter-  
num peribit.

Fides autem catholica hæc est, ut unum  
deum in trinitate, & trinitatem in  
unitate ueneremur.

Necq; confundentes personas, necq; sub-  
stantiam separantes,

Alia est enim persona patris, alia filij,  
alia spiritus sancti.

Sed patris & filij & spiritus sancti una  
est diuinitas æqualis gloria, coæter-  
na maiestas.

Qualis pater talis filius, talis spiritus  
sanctus.

Increatus pater increatus filius, increa-  
tus spiritus sanctus.

Immensus pater immensus filius, im-  
mensus spiritus sanctus.

Æternus pater æternus filius, æter-  
nus spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni, sed unus  
æternus.

Sicut non tres increati nec tres immen-  
si, sed unus increatus & unus im-  
mensus.

Similiter omnipotens pater omnipo-  
tens filius, omnipotens spiritus san-  
ctus.

Et ta-



Et tamen non tres omnipotentes, sed  
unus omnipotens.

Ita deus pater deus filius, deus spiri-  
tus sanctus.

Et tamen non tres dī, sed unus est de-  
us.

Ita dominus pater dominus filius, do-  
minus spiritus sanctus.

Et tamen non tres domini, sed unus  
est dominus.

Quia sicut sigillatim unamquamque per-  
sonam deum aut dominum confite-  
ri, christiana veritate compellimur.

Ita tres deos aut dominos, dicere ca-  
tholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus, nec creatus  
nec genitus.

Filius a patre solo est, non factus nec  
creatus sed genitus.

Spiritus sanctus a patre & filio, non fa-  
ctus, nec creatus, nec genitus, sed pro-  
cedens.

Unus ergo pater non tres patres, unus  
filius non tres filij, unus spiritus  
sanctus non tres spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius aut poste-  
rius, nihil maius aut minus.

Sed totæ tres personæ, coæternæ sibi  
sunt & coæquales. Ita



Ita ut per omnia sicut iam supra dictum  
est, & trinitas in unitate, & unitas  
in trinitate ueneranda sit.

Qui uult saluus esse, ita de trinitate sen-  
tiat.

Sed necessarium est ad æternam salu-  
tem, ut incarnationem quoq; domi-  
ni nostri Iesu Christi fideliter credat

Est ergo fides recta ut credamus &  
confiteamur, quia dominus noster  
Iesus Christus dei filius deus & ho-  
mo est.

Deus est ex substantia patris ante sæ-  
cula genitus, & homo ex substantia  
matris in sæculo natus.

Perfectus deus perfectus homo, ex a-  
nima rationali & humana carne sub-  
sistens.

Æqualis patri secundum diuinitatem,  
minor patre secundum humanita-  
tem.

Qui licet deus sit & homo, non duo ta-  
men sed unus est Christus,

Vnus autem non conuersione diuinita-  
tis in carnem, sed assumptione hu-  
manitatis in deum.

Vnus omnino non confusione substan-  
tiæ, sed unitate personæ.

Nam



Nam sicut anima rationalis & caro unus  
est homo, ita deus & homo unus  
est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descen-  
dit ad inferos, tertia die resurrexit  
a mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram  
dei patris omnipotentis.

Inde venturus est, iudicare uiuos &  
mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines  
resurgere habent, cum corporibus  
suis.

Et redditori sunt, de factis proprijs ra-  
tionem.

Et qui bona egerunt ibunt in uitam æ-  
ternam, qui uero mala in ignem æ-  
ternum.

Hæc est fides catholica, quam nisi quis-  
q; fideliter firmiterq; crediderit, sal-  
uus esse non poterit.

## CANTICVM SANCTO- rum Ambrosij & Augustini.

**T**E deum laudamus, te dominum  
confitemur.

Te æternum patrem, omnis ter-  
ra ueneratur. Tibi



Tibi omnes angeli, tibi cœli & vniuersæ  
potestates.

Tibi Cherubin & Seraphin, incessabi  
li uoce proclamant.

Sanctus. Sanctus. Sanctus  
dominus deus sabaoth.

Pleni sunt cœli & terra, maiestatis glo  
riæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum candidatus laudat exer  
citus.

Te per orbem terrarum sancta confite  
tur ecclesia.

Patrem immensæ maiestatis.

Venerandum tuum uerum & unicum  
filium.

Sanctum quoque paracletum spiritum.

Tu rex gloriæ Christe.

Tu patris sempiternus es filius.

Tu ad liberandum suscepturus homi  
nem, non horruisti uirginis uterum.

Tu deuicto mortis aculeo, aperuisti  
credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram dei sedes, in gloria pa  
tris.

Iudex crederis esse uenturus.

Te ergo quaesumus tuis famulis subue  
ni,



ni, quos precioso sanguine redemi-  
sti.

Aeterna fac cum sanctis tuis munerari.  
Saluum fac populum tuum domine, &  
benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos & extolle illos usq; in æter-  
num.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum  
& in sæculum sæculi.

Dignare domine die isto, sine peccato  
nos custodire.

Miserere nostri domine, miserere no-  
stri.

Fiat misericordia tua domine super nos  
quemadmodum sperauimus in te.

In te domine speraui, non confundar  
in æternum.

**B**      **Obser**



D. MART. LUTHERI  
RUS.



Conseruatum est hoc mihi in  
omnibus Ecclesiae historijs,  
& re ipsa comperi q̄ ij qui  
principem illum de Christo  
Articulum crediderunt, qui  
piè ac rectè de eo senserunt,  
qui eum constanter defende-  
runt nec sibi eripi passi sunt, q̄ ij in uera catholi-  
ca fide Christi ad finem usq̄; perstiterint tuto ac  
firmiter. Et quamuis alicubi errauerunt & cespita-  
uerunt, ex humana imbecillitate tamen ad extre-  
mum seruati sunt. Nam qui hic non errat qui de  
hoc articulo (uidelicet q̄ Christus Iesus uerus De-  
us & uerus homo sit, qui pro nobis & mortem su-  
bierit, & ex mortuis resurrexerit) qui de hoc  
in q̄ articulo uerè piè ac rectè sentit ei reliqui ar-  
ticuli omnes ultro se offerunt, & ancillantur,  
mutuoq̄; auxilio animum illius fulciunt ac firmant.  
Verissimum est enim & certissimum quod Paulus  
dicit. Christum esse omnia in omnibus, per hunc,  
ex hoc, & in hoc esse uniuersa, hunc esse caput,  
primitias, sortem basin & fundamentum, hunc es-  
se rei summam, ad hunc & sub hoc omnia congre-  
gari, confluere, ac offerri. In hoc (inquit) omnes  
thesauri, sapientiae & intelligentiae reconditi sunt.  
Atq̄;

*Christus Iesus  
secundus Deus  
et uerus homo*



Atq; ipse Christus de se, Qui manet in me (inquit) copiosum fructum fert. Qui non est mecum contra me est, Qui non congregat mecum, dispergit. Quapropter qui in Christo Deum non inuenit, & apprehendit, cognoscitue, is extra & citra Christum nunq; & nusq; Deum inueniet, habitue, si etiam supra omnes coelos aut infra Tartara, aut extra mundum eum inuestigauerit. Nam Deus in hac humanitate Christi ex Maria nati, dicit se habitaturum. Si credis Dei uerbis, bene tecum agitur, salutem consequeris. Sin minus, culpa tua maxima. Siquidem sic uis, tu uideris. Propter incredulitatem tuam nihil hic immutabitur. Ac Christus cum suis a te nihil metuit, nihil illi a te periculi est. Non tu euerteres Christum cum suis. Manebit & regnabit in aeternum, ut regnauit & haetenus, contra omnem & Satanae & mundi uim, impetum ac potentiam.

Rursus obseruauit & deprehendi hoc quoq; qd omnes erroneae ac fanaticae opiniones, omnes haereses, omnes idololatriae ac superstitiones omnia offendicula, omnes abusus, omnem deniq; impietatem & quicquid extitit calamitatum ac malorum in Ecclesia qd haec omnia ex hoc quasi fonte primaq; origine promanarint suppullularintq;, qd hic de Christo articulus neglectius est tractatus, contemptius habitus, ac tandem in totum amissus.

Ac si rem prorius ac penitius contemplati fu-

B 3 erinus,



Vaticinium  
Simeonis

erimus, experimur ab omnibus haeresibus hunc unicum dumtaxat articulum de Christo Iesu oppugnari atque infestari, Quod et Simeon uaticinatur, ubi dicit eum positum esse in ruinam et casum multorum in Israhel et in signum cui contra dicitur. Et Esaias multo ante praedixit eum futurum lapidem in quem impingitur et petram offendiculi. Quicquid enim impingit atque offendit, in hunc lapidem, in hanc petram impingit. Hic lapis obstat omnibus hic lapis nullum usque locum inuenit, ubique in omnibus uis obstaculo est, hic lapis reprobatur ab aedificantibus, ut et ipse ex Psalmo 117. ostendit. Hinc nullum certius nullum euidentius signum ac notam cognoscendi et deprehendendi falsos erroneos ac fanaticos spiritus Antichristi tradit Ioannes in epistola, quae ubi Iesum Christum negant. Omnes enim gloriam et laudem immortalem sperabant se uenaturos hinc, sed pro gloria ignominiam dedecus ac reportauerunt.

Quidam diuinitatem Christi impugnauere idque alij alijs modis. Alij omnem illi diuinitatem suffurati ac detrahentes professi sunt, eum hominem dumtaxat esse non Deum. Alij dixere patrem et Christum unam atque eandem esse personam, patremque pro nobis passum esse. Alij affirmabant eum creaturum esse sed praestantiorem Angelis, eumque talem appellandum Deum, per quem omnes reliquae creature conditae factaeque essent, non tamen uerum, naturalem



ralem, & æternum cum patre Deum esse. Ingenia  
acumine ac perspicacia prædita mirandum & stupen-  
dum in modum sese in hoc Christo exercuerunt,  
& omnes in formas uerterunt sese nullū non lapidem  
mouentes, nihil non fingentes, excogitantes, inuenien-  
tes, fabricantes, ut ab ipsis radicibus fidem no-  
stram conuellerent, nec crederent Christum esse ue-  
rum & naturalem Deum. Ita Articulum hunc ad ra-  
tionis captum & amussim metiri, sensibus eum ap-  
prehendere & ijs eum conformare conabantur.  
Sed quamuis & acerrime sit, & à plurimis im-  
pugnatus hic articulus, tamen expugnatus & pro-  
stratus non est, sed ad hunc usq; diem manet, mane-  
bitq;. Tametsi Satan incredulorum filiorum suorum  
quos sibi totos mancipauit subegitq;, cordibus semen-  
tem suam unq; non iecerit, donec tandem exortus est  
Machomet, qui in oriente omnes pene populos mise-  
rabiliter à Christo seductos nefandis horrendisq; er-  
roribus implicuit.

Quidam ex Hereticis humanitatem Christi op-  
pugnauerunt, mirisq; & absolis modis hic luse-  
runt ingeniorumq; suorum aciem exercuerunt. Ma-  
nichæi perhibebant Christum phantasma fuisse &  
assumpsisse non corpus uerum, & ueluti umbram  
quandam per Mariam transiisse, nec corpus habe-  
ret nec animam ueram. Alij nugabantur eum  
nullam habuisse animam, sed a diuinitate corpus  
loco anime gubernatum motum fotumq;. Alij do-  
cebant



ceebant eum non uerum & naturalem Mariæ filium esse. Ac Iudæi mirificè & egregie sibi prudentes uidentur q̄ dicere possunt, eum ex Iosepho susceptum. Et inter hos quidam tam nefanda & foeda adferunt de conceptione illius ut pudeat recensere.

Sed supra modum egregie suæ sapientiæ egregiè specimen edunt, cum philosophantur & ratiocinantur in diuina essentia tres personas esse non posse, quia fratres & cognati esse non possint. Alioqui se non posse uidere & comprehendere qua ratione tres personæ æquales esse queant. O acutos & perspicaces homines, qui Dei incomprehensibilem & æternam essentiam iudicant iuxta mortalium hominum & canum rationem & substantiam. Quid posset fieri stultius, ineptius, insulsius? In summa. Nunquā ibi feriari & quietus esse Satan potuit, ubi Christus Dominus noster iuxta primum symbolum, prædicatus est esse uerus Deus & homo qui pro nobis sit mortuus & resurrexerit. Semen est mulieris Christus, quod caput Satane conterit, & cuius calcaneum uicissim mordet. Ideoq; inimicitia illa non est finem unquā habitura, & bellum *ἄνωδος* opusq; ad finem mundi inter Christum & serpentem hunc mansurum est.

Et quid nos qui uidebamur nobis maximi Sancti ac penè Semidei sub papatu, quid nos fecimus? Confessi quidē sumus eum esse Deū & hominem, sed  
eum



eum esse saluatorem nostrum qui pro nobis mortuus sit & resurrexerit, & c. id uero fortiter inficiti, & eos qui sic docuerunt etiam persecuti sumus, necdum persecuendi finem facimus. Alij ex nobis docuerunt eum mortuum esse pro originali tantum peccato, pro alijs peccatis nobis ipsis satisfacendum esse. Alij docuerunt Christum nihil prodesse nobis ubi post baptismum peccatum admisimus. Hic ortæ & inuenta sunt inuocationes sanctorum, peregrinationes, purgatorium, Missæ, monasteria, & id genus sceditatum impietatum, falsorumq; & stultissimorum cultuum, atq; idolatriarum, quibus Christum ipsi placare uoluimus, ac si non esset ipse mediator, paracletus seu aduocatus noster sed inexorabilis iudex & carnifex noster apud Deum. Et hodie illi qui omnium optimi inter Christianos esse uolunt, qui se sanctam Ecclesiam esse gloriantur, qui ignibus tot homines ad iudicant & consecrant, innocentium hominum sanguinem exorbentes illi inq; putant & pronunciant hanc esse omnium uerissimam & optimam doctrinam q; per opera nostra consequamur gratiam & salutem, Christum nihil aliud honoris habere quod illi tribui possit quam q; cœperit, eum principaliter iustificare, nos uerò præclaros istos Herodes ac milites triarios fortesq; esse qui meritis id absoluamus & totū opus pertexamus. Christus dicitur pro nobis mortuus, ad hæc tantum ut sit principium iu-

B 4 stifi-



stificationis & remissionis peccatorum? sed nos  
posse & debere operibus salutem nobis parare.

Sic Satan ludit & delicias facit, nihil non mo-  
litor, & Christum tribus turmis ac phalangibus.  
impugnat. Vna negat illum esse Deum, Altera ne-  
gat eum esse uerum hominem, Tertia non fert ut  
predicetur fecisse quod fecit, illius beneficia repu-  
diat & proculcat. Vnaqueque harum trium acie-  
rum Christum in nihilum redigere & totum delere  
eumque nobis & eius beneficium eripere conatur.  
Quid enim prodest cum confiteris eum esse Deum, si  
non credis eum & hominem esse. Nam sic non ha-  
bes totum & uerum Christum sed spectrum Satanae.  
Quid prodest quod confiteris eum esse Deum si non cre-  
dis quod & Deus sit. Nihil prodest quoque quod confiteris  
eum esse Deum & hominem, si non credis quod pro te  
quoque sit omnia factus quodque pro te omnia fecerit.  
Sicut & illis nihil profuit qui quidem confessi sunt  
eum pro nobis mortuum esse sed tamen non credide-  
runt eum esse uerum Deum (ut Arriani) aut non ue-  
rum hominem, ut Manichæi. Necesse est ut si-  
mul credas hæc tria, uidelicet, quod sit uerus Deus, quod  
sit uerus homo, & quod pro nobis talis homo factus  
sit, hoc est quod (ut habet primum Symbolum) con-  
ceptus sit de Spiritu sancto, natus ex Maria uirgi-  
ne, passus, crucifixus, mortuus & sepultus &c.  
Si unus articulus labefactatur, labefactantur &  
conci



concidunt uniuersi, si unum non credis nihil profunt  
reliqui omnes. Fides enim debet esse integra, omnibus  
numeris absoluta, tota ac rotunda, ut maxime im=  
becillis esse ac languida & tentari possit, tamen in=  
tegra, uera & plena esse debet non falsa. Imbecilli=  
tas fidei non conijcit nos in periculum, sed false fi=  
dei stipendium est mors aeterna.

*Fides debet  
esse integra*

Ex tertia phalange eorum qui Christum oppug=  
nant, surgent, & iam multi surrexerunt qui non  
sunt credituri Christum a mortuis resurrexisse, nec  
sedere ad dexteram Dei, & quae praeterea de Christo  
in Symbolo fidei sequuntur. Hi extremam impietati  
manum addent & omnes eius numeros absoluent, hi  
turbabunt & confundent omnia, hi nihil reliqui fa=  
cient & finem ludis (quod dicitur) imponent. Hoc  
ipso enim totus Christus extinguetur & occidetur,  
nec uitam futuram esse aliam mundus credet. Tum Chri=  
stus nihil utilis est. Omnia Christi merita & opera  
nihil tum prodesse aut uiuare possunt. Nam qui uen=  
turam illam uitam non credit nec expectat, is tam  
nihil opus habet Christo quam uacca & alia peco=  
ra campi eo nihil opus habent, cum Christi reg=  
num non sit nec esse possit in terris, ueluti ipse co=  
ram Pilato confitetur. Regnum meum non est de hoc  
mundo &c. Haec conscelerata & detestanda fides cae=  
pit Romae in Papae aula & palatio idq; fermentum  
peruadit & penetrat, fermentando omnes pene spiri=  
tuales aut Ecclesiasticos gradus seu status ab ipsis

B S Cardi



Cardinalibus ad Altaristas & infimos sacrificu-  
los usq; . Dicunt quidem ore, Christum esse Deum  
& hominem, cumq; passum esse, accusant etiam &  
anathemate feriunt priorum temporum hereticos  
qui Christum uel Deum uel hominem uerum esse nega-  
uerunt (hoc enim ipsis parit & adfert opes, honores  
dignitates & potentiam) sed q, non credant id esse  
quod dicunt, q, non serio sentiant quæ loquuntur, id  
inde satis patet q, non credunt resurrectionem & ui-  
tam æternam post hanc uitam superesse.

Hoc hominum genus uocabant fontes Epicuræos,  
Poetæ iudicant eos nihil differre à suis. Et porcos  
etiam uocant. Eiuscemodi sanctos reperit Christus  
in suo etiam populo cum in terras uenisset, & Sa-  
ducaei in Euangelica historia uocantur. Si tales  
reperit istis iam temporibus, quanto plures offen-  
det eorum in mundo cum secundo è cœlis ueniet?  
Nec plures tum erunt sues tantum nec Cicures &  
mansuetæ sues sed plane efferate & agrestes sues  
& capros qui non Deum tantum contemnent sed nec  
rationis compotes futuri sunt nec ullos homines ue-  
rebuntur. Veniet enim Christus media nocte, cum  
densissimæ tenebræ sunt, cum mundus iam corruptissi-  
mus maliciæ suæ mensuram impleuit. Tales futuri  
sunt & esse debent in fine mundi, quales fuerunt etiam  
homines cum diluuius eos deleteret, item in Aegypto  
cum tot plagis eos uisitare, & in Babylone &c.

Sed



Sed sunt quidam alij etiam maleferiati, odiosi,  
molesti, & improbi homines, qui Ecclesie sanctae  
hoc false procaciter, contumeliose acerbeq; obijci=  
unt q; tot dissidia, schismata, sectae, errores,  
hereses & scandala in Ecclesia fuerunt, & prop=  
terea iudicant doctrinam Euangelij falsam & er=  
roneam nec suscipiendam esse q; in Ecclesia de=  
beat esse concordia, unanimitas & pax &c. Hi,  
si Deo placet, ualde sunt sapientes & ter maximi,  
scilicet, utpote qui spiritum sanctum docere pos=  
sint, quomodo Ecclesiam suam gubernare debeat. Sed  
errant toto caelo morosophi isti. Non talis futura  
est pax in Ecclesia qualem ipsi imaginantur. Si Sa=  
tan calcaneum Christi morsu figere & uiperinis  
suis dentibus arrodere nollet, aut si id illi inter=  
dictum esset, ne faceret, tum facile tranquilla, se=  
data, & pacifica Ecclesia haberet & esse posset.  
Verum cum aliter se res nunc habeat, cum Christi  
irreconciliabilis & perpetuus efferatissimusq; ho=  
stis sit, cumq; ob id sine intermissione hoc agat  
& indefatigabili studio moliatur, ut bella, dissidia,  
sectas, seditiones & hereses alias ex alijs in Eccle=  
sia excitet, certe maxima & summa fit iniuria Ec=  
clesiae Christi, q; in eam transfertur omnis culpa  
eorum dissidiorum & calamitatum, cuius ipsa ta=  
men author non est, sed quas ipsa illatas fer=  
re & exantlare cogitur. Cur quaeso ad eum  
modum non imputatur & nobis Christianis q; in=  
ter nos



ter nos & Turcam bella sunt q̄ tantum sanguinis  
humani hic profunditur in mundo & tantisper pacem  
quisq; habet quamdiu uicinus uult, ut habet prouer-  
bium germanis usitatum, Cogitur nolens uolens es-  
se inquieta Ecclesia, nec potest habere pacem &  
tranquillitatem cum hostem domini sui Iesu Christi  
audire non substinet & dedignatur. Quid quaeso fa-  
ciet? quomodo aliter hic se gereret? Satan calca-  
nei insidiator & morsor non uult nec potest quietus  
esse, perpetuo insidiatur & mordet, sine intermissio-  
ne lacebit & impetit contritorem capitis sui. Con-  
tritor uero capitis ipsius dominus noster ferre istum  
calcanei impetitorem mordicantem non potest, il-  
liusq; improbitati & impetui obuiam ire cogitur,  
ne pro sua libidine omnia in totum perdat & ua-  
stet. Exere hic nunc tuam istam præclaram sapien-  
tiam & prudentiam, & misce te huic certamini &  
dissidio, tenta hic omnia quæ potes, ut hos duos  
aduersarios componas. Quod si feceris, præcla-  
rum auferes inde præmium, nimirum quale solent  
auferre, qui duos efferatis animis & armis mutuo  
sese impetentes, student componere, Christus enim  
te damnationi adiudicabit, & Satan te dilaniabit.  
Proinde moneo ut huic rei mederi cesses, & ne in-  
ani labore te maceres & fatiges, ne hanc discordi-  
am componere studeas, ne inter malleum & incudem,  
inter ianuam & cardinem manum mittas. Nunq̄  
Christum & Belial inter se compones & concilia-  
bis.



bis. Tam enim iurati & graues hostes sunt, tanta  
inter eos inimicitia est ut inter se reconciliari non  
possint. Necessse est alterum tandem concidere & suc-  
cumbere, alterum superare & uincere. Non est q̄  
secus futurum speres.

Sed hic obgannentes, certe, inquiunt, pax &  
tranquillitas magna fuit sub Papatu, magnaq; in do-  
ctrina fuit consensio & concordia. At nunc tot sectæ  
tot spiritus fanatici orti sunt, tanta opinionū uari-  
etas, tanta sententiarum discordia est ut cui se addi-  
cant nesciant, & si turbentur ut quo se uertant ne-  
sciant. In nomine domini. Quis te hic moratur?  
quis te inuitum & renitentem tenet? Quis te rogat ut  
nolens & inuitus te nobis iungas, & huic doctrinæ  
consentias? Si tibi non arridet doctrina nostra, Papæ  
partes tuere, mane illius addictissimum mancipium,  
aut si ab eo descuisti, redi ad illum & te illi totum  
cōsecra & deuoue. Neq; enim propter te nobis nostra  
doctrina illuxit. Poterimus & te carere, uolente  
Deo, nec propter te Christi regnum uacuum futu-  
rum est, propter te non in totum concidet nec sua  
gloria destituetur Deus. Christus ipse fateitur Lucæ  
11. Quod Satan ibi nullas turbas moueat & pacem  
homines inter se agere sinat, ubi præsens Christus  
non adest, dicens. Cum fortis armatus custodit a-  
trium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem  
fortior eo superueniens &c. Cum fortior itaq; ille  
uenit, tum pax & tranquillitas finem habet, tum tur-  
ba exci-



hæ excitantur, tum tumultuatur donec uictus arma  
& spolia tradat.

Ante Christi aduentum mundus tot tam uarijs  
idolamantijs, scatebat, quot nullus canis plures puli-  
ces nutrit circa festum Ioannis. Omnia plena  
& referta erant idolis in omnibus locis. Nul-  
lus tamen Diabolus alium Diabolum expulit &  
fugauit, nullum idolum alterius caput contriuit,  
nullum alterius calcaneo insidiatus est, aut mor-  
dendo pungendoue molestus fuit, ferre se mutuo  
poterant, optime inter illos conueniebat, maxima  
inter eos pax & concordia uigebat, adeò ut Ro-  
mani ex toto mundo omnes Deos aut idola col-  
legerint, ijsq; omnibus unum templum extru-  
erint, quod uocabant Pantheon, hoc est, omni-  
um deorum templum. Sapientes enim isti domini  
secundum mundum omnes Deos in sua urbe esse  
uoluerunt. At ubi hic uerus Deus Iesus Christus  
uenit, ibi omnes tumultuati & sediciosi, resti-  
terunt, nec Christum hunc ullo modo ferre &  
inter se locum aliquem tenere uoluerunt. An non  
res mira & stupenda est omnes Deos suscipiunt &  
conquirunt magno studio, hunc unum reijciunt &  
abominantur etiam ultro se offerentem, hunc hosti-  
libus animis etiam persequuntur & delere conantur.  
Alij dij uniuersi quieti sunt, summamq; inter se con-  
cordiam alunt. Vbi uerò hic uerus Deus aduenit,  
ibi turbæ mouentur, ibi tumuluatur, ibi bellum  
oritur



oritur, ibi omnes dii isti incipiunt furere & insanire una cum administris & mancipijs suis Romanis, tollunt e medio Apostolos, faciunt infinitos martyres, parcunt nulli, insectantur omnes qui uel nominare hunc Christum ausi fuerunt. Aliorum uero Deorum cultoribus ne minimam quidem iniuriolam inferunt, sed eos premijs ornant, summis honoribus & beneficijs afficiunt.

Si Christus quoq; fuisset Diabolus ut alia ista idola fuerunt, quam libenter quam ultrò quam nihil reluctantes, quanto studio & reuerentia passi fuissent ipsum sibi iungi & adorari. Cum uerò omnes contra Christum fremant, tumultuentur, concitentur & furiose insaniant, hoc ipso satis produnt & testantur, ipsum Christum esse unum illum uerum Deum, qui fortior sit ipsis, ipsosq; uincat & spolia ipsorum distribuat. Ibi tum uociferantur, ibi turbas alias super alias concitant, eius calcaneum moribus hostilibus impetentes, earumq; turbarum culpam omnem in Christum reijciunt, clamitantes, per eum discordias & tumultus Romæ & in toto mundo motos, totumq; mundum contra Christum exacerbant & instigant ut pluri putat se Deo gratissimum cultum præstare hoc ipso q; tanta animi acerbitate, tanta crudelitate Christum persequuntur, tantumq; sanguinis profundunt. Sic sanè se res habet. Cum facimus quæ  
Satanæ



Satanas uult cumq; Christum abijcimus & conspui-  
mus, tum a Satana nihil nobis periculi hic est, tum  
pacem nos habere facile patitur. Omnes enim ido-  
latrias á nobis retineri, omnibus erroribus impli-  
cari nos facile fert, & nihil potest illi esse grati-  
us & optatius, sed solum hunc concultorem & con-  
tritorem capitis sui ferre nullo modo potest.

Sic sub Papatu quoq; mundus tot sectis, errori-  
bus, & idolatrijs refertus fuit quot ante in gentili-  
tate. Tot fuerunt ordines, tot cathedrales Ecclesie,  
tot templa, tot delubra, tot sacella, tot peregri-  
nationes, tot fraternitates & similes idolatrie ac  
falsi cultus, ut enumerari nequeant. Inter omnes fu-  
it pax & tranquillitas subinde magis magisq; au-  
gebantur, nulli hic alterum expulerunt, non confece-  
runt, non damnauerunt, ut maxime inter se odia, si-  
multates, inimicitias gesserint. Sed Papa eos or-  
dines & tot uitae genera, tot cultus, confirmauit  
& approbauit, uocatiq; sunt sancti ordines, sancti  
uitae status, sanctae columnae, & sacra luminaria Ec-  
clesiae. At nunc ubi Euangelium docet unicum & om-  
nibus communem ordinem Ecclesiae quae in Christo u-  
num corpus est sine sectis, (nam hic, ut Paulus ait,  
neq; Iudaeus est neq; Graecus, nec nudipes Monachus  
nec Chartusianus &c. sed omnes sunt unum & in  
uno Christo) Hoc inq; cum Euangelium docet q; unus  
sit in Christo ordo omnium uere piorum ibi fremunt,  
& fu

Conueniunt  
in Christo  
in Christo



et furiose insaniunt sancti isti ordines, contra  
unicum et uerum hunc ordinem Christi, alios or-  
dines non impetunt, contra eos ne mutiunt quidem  
nec abolere eos conantur. Hoc ipso testantur et de-  
clarant, se non esse ueram Christi Ecclesiam sed  
sectarios et Satanae Ecclesiam atque ordinem, no-  
strumque ordinem, hoc est Christi Ecclesiam, esse ue-  
rum et unicum illum ordinem, seu uitae genus illud  
quod Deo placeat.

Si uero alium aliquem nouum ordinem instituis-  
semus, talem quales ipsorum ordines sunt, id nihil  
illis fuisset noui, ea res nihil eos offendisset aut mo-  
uisset, sed eum Papa statim confirmasset, alijque ordines  
eum suscepissent approbassentque, eumque una secum  
coluissent, predicassent, et promouissent in sum-  
ma tranquillitate et pace summo animi studio et  
obseruantia. Verum cum nunc illum omnibus pijs  
communem ordinem Christi predicemus et alijs ip-  
sorum ordinibus praeferamus, docentes hunc et qui-  
dem solum esse uerum, optimum et sanctissimum or-  
dinem siue genus uitae, hoc ipso caput serpentis con-  
terimus. Id uero serpens ferre non uult nec potest,  
ideoque insidiatur calcaneo Christi et morsu eum ubi-  
que impetit, clamans per suos sanctos illos patres  
in suis sectis seu ordinibus, nos tumultus, seditio-  
nes, discordias, turbas excitare. Belle sane. Nam  
si uerum illum Christi ordinem repudiarem, sique  
doceremus quae glirium isti Regi, sectarum anstistiti  
C places

*Handwritten notes in a cursive script, possibly a library or archival stamp, partially overlapping the printed text.*



placerent, tum pacem haberemus maximam coniunctam summis dignitatibus.

S. Bernardus super uerba Ezechia. Ecce in pace amaritudo mea amarissima dicit. Inquit Ecclesiam nullo tempore in statu peiore esse quam cum tranquilla est et pacata, Et uerissime hoc dicit. Nam cum Christiani non confligunt et pugnant cum Satana aut calcanei Christi mordicatore, tum male sese res habet, et signum id pessimum est. Certum enim tum est quod Satan tum quiescit in pace sedeat et pro sua libidine quae uelit agat. Verum ubi fremit et insanit, cum inquietus est cum turbas mouet, id indicium est, quod oppugnetur et quod succubiturus sit quodque Christus ipsius caput adortus sit ut id conterat. Quocirca qui putat posse fieri ut Ecclesiam uideat immunem ab omni prorsus cruce, haeresibus, sectis, in summa pace et tranquillitate florere, is frustra sperat et longe opinione sua fallitur. Talem Ecclesiam nunquam uisurus est. Vbi autem uidet talem Ecclesiae faciem tum falsam et Satanae Ecclesiam pro uera Christi Ecclesia uidebit et suscipiet. Christus ipse ait Mat. 18. Necessse est ut ueniam offendicula. Veruntamen uae illi per quem offendiculum uenit. Et Paulus ait I. Cor. 11. Scetas esse oportere ut probati manifestentur.

Nec dominica oratio orando esset sed repudianda et tollenda in qua petimus ut ipsius nomen sanctificetur, regnum ipsius ueniat, uoluntas eius fiat, et ne in tentationem deducamur etc. Cum nulla blasphemia et im-



Et impia doctrina sub nomine Dei amplius fuerit,  
tum tempus est ut desinamus orare, Sanctificetur  
nomen tuum, Adueniat regnum tuum &c.

Sed aures ad audiendum non habent, nihil his om-  
nibus mouentur, non attendunt nec expendunt hæc quæ  
Christus aut Apostoli dicunt, sed offenduntur subinde  
magis ac magis, Ecclesiamq; sibi fabricari talem uo-  
lunt, qualem sibi imaginantur, & libenter habere uel-  
lent, quietam & tranquillã. Sed Deus nihil moratur  
illorum offendicula, & quando sic uolunt, sinit eos  
magis magisq; offendi, pergitq; constituere talem Ec-  
clesiam qualem ipse uult, & sic Ecclesiam constitu-  
it ut nec Ecclesiam nec fenestram, neq; calcem, neq;  
lapides eius Ecclesie sibi seruent, id quod & Iudæis  
in suo templo usu uenit. Igitur illorum oratio Do-  
minica sic sonet oportet. Nomen tuum iam sanctifi-  
catum est, Regnum tuum iam aduenit, Voluntas tua  
iam facta est, hoc est, iam sumus sancti & perfe-  
cti, non opus est nobis remissione peccatorum, nec  
defensione aut subsidio tuo aduersus tentationes. Non  
enim uolunt ulla offendicula, sectas aut quicq; in-  
quietudinis in sua Ecclesia habere nec serpentem in  
suo paradiso ferre uolunt, nec Satanam inter filios  
Dei Iob 1. Valeant hi homines, inq; suo sensu  
abundent, dimittantur secundum desideria cordis  
sui, eant in aduentionibus suis ut dicit Psal. 30.  
Nos redibimus ad nostra symbola.

C 2 Et, sas



Et sanè nos Christiani non tam sumus plane  
mentis impotes, tam nulla ratione præditi, tam sensu  
communi destituti, quam Iudæi putant, qui iudicant  
nos fatuos anseres & anates esse, hoc est, stupidos,  
blateos, bardos & stipites, q̄ sentire & intelli-  
gere nequeamus quam stultum & absurdum sit ratio-  
ni, credere Deum esse hominem, & in diuinitate aut  
diuina essentia aut unitate Dei tres esse distinctas  
personas. Non sumus, Dei beneficio, tam plane stipi-  
tes & mente sensuq; communi capti. Sentimus pro-  
be hanc doctrinam repugnare rationi, nec a ratione  
eam capi & intelligi posse. Nec est opus nobis hic  
Iudaica ista præclara, si Deo placet, sapientia &  
ratione, quæ nos id doceat & de ea re commonefa-  
ciat. Pugnare eam doctrinam cum ratione, credi-  
mus scientes & uolentes, confitemur etiam & ag-  
noscamus experimurq; q̄ hic articulus capi & cre-  
di constanter nullo modo possit, nisi supra rationem  
Spiritus sanctus cordi illucescat & eum mentibus  
imprimat. Vbi Spiritus sanctus non operatur hanc  
fidem, ibi Iudaica, superba, præsumptuosa & temera-  
ria ratio manet, quæ hunc articulum rideat & san-  
nis excipiat atq; explodat, sic se ipsam constituens  
ac faciens iudicem, reformatorem & aristarchum  
diuinæ essentiæ, quam tamen nunq̄ uidit nec uidere  
potest, nec scit quid iudicet, aut de qua re iudicet  
& loquatur. Habitat enim Deus in lumine inac-  
cesso. Necessè est ut ipse ad nos accedat sed uelut  
in latera

*Iudæi  
Iudeos*



in laterna absconditus & latens, Nam, ut Ioannis  
primo capite legitur, Deum nemo uidit unq̄. Filius  
in corde patris reuelauit nobis. Et ante dixit ad Mo-  
sen Deus, Homo non potest me uidere & uiuere.

Adducemus itaq; testimonia aliquot scripturae,  
quibus confirmetur hic articulus maxime in ea par-  
te ubi S. Athanasius tres personas sic discriminat  
& inter se distinguit. Pater á nullo est factus, nec  
creatus nec genitus. Filius á patre solo est, non fa-  
ctus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus á  
patre & filio non factus nec creatus nec genitus sed  
procedens. Sic enim scriptura describit filium q̄  
á patre genitus sit Psal. 2. Dominus dixit ad me  
filius meus es tu, ego hodie genui te. Et Christus de-  
scribit spiritum sanctũ Io. 15. ad hunc modum. Cum  
paracletus uenerit quem ego á patre mittam uobis,  
spiritum ueritatis, is testimonium perhibebit de me.  
Qui uero mittitur is exire quoq; aut procedere di-  
citur. Sicut ergo filius de patre genitus, non exci-  
dit è diuinitate sed in una & eadem diuinitate apud  
patrem manet & cum eo unus Deus est, Sic proce-  
dit spiritus sanctus á patre & á filio missus nec ex-  
cidit diuinitate sed manet apud patrem & filium in  
eadem diuina essentia, estq; unus Deus cum patre &  
filio.

Proinde multò alia natiuitas hæc est, quam hu-  
mana generatio, & longe alia processio q̄ humana.

N

3

Nam

*Nota  
trinitat.*



*Hic de tri-  
nitatis*

Nam homo ex homine genitus non tantum fit propri-  
a, alia ac diuersa à patre suo persona sed fit eti-  
am alia & propria substantia, nec manet in essentia  
patris nec pater in essentia filij. Sed hic filius  
gignitur in aliam personam, & tamen manet in pa-  
tris sui essentia, & pater in filij essentia. Secundum  
personas quidem separantur, sed tamen in una in-  
separabili & indistincta essentia manent. Sic ubi  
homo ab homine procedit & mittitur, ibi non tan-  
tum personæ sese seungunt & separant sed & sub-  
stantiæ, & alter ab altero longe semouetur & distra-  
bitur. At hic spiritus sanctus à patre & filio pro-  
cedit (ut & à patre & filio mittitur) & alia quidē  
fit persona sed manet tamen in essentia patris & filij  
ipse etiam pater & filius in essentia spiritus sancti,  
hoc est, tres personæ in eadem & una essentia diuina.

Hinc Theologi hanc natiuitatem uocant imma-  
nentem, & non extra transeuntem aut excedentem è  
diuinitate q̄ à patre tantum procedat & in diuinitate  
teneat. Sic & processionem spiritus sancti uo-  
cant immanentem processionem, ut quæ non extra di-  
uinitatem transeat sed à patre & filio tantum, & in  
diuinitate maneat. Quomodo id fiat ratione capi non  
potest, sed credendum est nobis. Nam nec ab angelis id  
comprehendi potest quibus id semper cum summo gau-  
dio uideant. Qui id credere non sustinuerunt sed rati-  
one sua comprehendere & rimari conati sunt, in pe-  
riculum sibi accersuerunt & seipsum perditum iue-  
runt.



runt. Satis est q̄ certam distinctionem personarū fide  
comprehendere possumus, uidelicet, q̄ pater á nullo,  
sed filius á patre genitus sit, spiritus sanctus uerò á  
patre et filio procedat. Nā hic processus perinde est  
dictus, ut missus aliquis aut legatus procedit aut exit  
uelut natiuitas filij sonat, ut hō a patre gignitur.

Eandem distinctionem eorundem nominum seruant  
Et habet filius Et spiritus sanctus ubi se extra diui  
nitatē in creaturis reuelant nobis. Filius enim corpo  
raliter nascitur de matre sua, Et uocatur hic quoq̄  
filius et genitus, cū tamen sit ipse dei filius in utraq̄  
natiuitate. Et spūs sanctus procedit corporaliter  
ueluti in columbæ specie, in flammeis linguis, in uehe  
menti uento Et c. uocaturq̄ hic procedens aut mis  
sus, cum tamen sit ille idem spiritus sanctus in utro  
q̄ processu, non pater nec filius.

Probe igitur quadrabat Et conueniebat ut media  
persona corporaliter nasceretur Et filius fieret, qui  
iā ante ab æterno genitus Et filius est, utq̄ non pater  
nec spiritus sanctus corporaliter nasceretur aut filius  
fieret, sicut pulchre etiam quadrabat ut spūs sanctus  
corporaliter etiā procederet qui ante ab æterno pro  
cedit nec genitus aut filius est. Sic manet pater per se  
ipse, ut personæ tres pariter sint in ea maiestate, sic  
tamen ut filius diuinitatem á patre per æternam im  
manentē suam natiuitatē habeat, nec contra, utq̄ spi  
sanctus suā diuinitatē a patre Et filio per suā æter  
nā immanentē processionē habeat. Sic declarat Et q̄



stendit filius suam eternam natiuitatem per corporalem natiuitatem, & spiritus sanctus eternum suum processum, per corporalem processum. Vterq; habet internæ suæ essentiæ externam similitudinem aut imaginem.

Hæ sunt distinctiones personarum in scripturis nobis factæ. Plures qui uolet rimetur & scrutetur, sed nullæ quæ quidem certæ esse queant, præter has inueniet. Ideoq; consultissimum est ut id simpliciter credamus, eoq; contenti simus, donec illuc peruenerimus ubi non amplius id audituri aut credituri sed clare uisuri & cognituri sumus.

Dat & epistola ad Heb. illustrem & pulchram similitudinem distinctionis inter patrem & filium, ubi ait eum esse ἀνάγασμα gloriæ & χαρακτήρα ὑποστάσεως expressa imago substantiæ eius, sed hæc similitudo in hoc est inabsoluta, q; non ostendit alteram personam in Deo scil. filium & genitum, quamuis præclare ostendat, q; illa altera persona cum prima sit eiusdem diuinæ essentiæ & non distincta ac seperata creatura.

Hæcq; distinctio citra dubium sumpta est a sole & splendore eius, ut & omnes ueteres orthodoxi scriptores, patrem soli, filium radijs, aut splendori, spiritum sanctum calori comparauerunt, ut rudes Christiani crassam, externam & uisibilem similitudinem haberent, quò  
hunc

ueniunt  
Comparatio



hunc articulum facilius caperent & crederent. Dicit itaq; eum esse ἀπαύγασμα id est splendorem uel refulgentiam uel reducentiam gloriæ eius. Creatæ luci non aliam originem tribuit scriptura quam q̄ è tenebris, hoc est, ex nihilo orta sit, Genesis 1. Cum tenebræ essent super faciem Abyssi, facta est lux ex illis tenebris aut nihilo, per Dei uerbum, aut cum Deus dixisset, fiat lux. Et D. Paulus 2. Corin. 4. cap. Deus dixit de tenebris lucem splendescere. Est itaq; lux (ut sic dicam) radius seu splendor tenebrarum. Nam tenebræ præbebant lucem per Dei uerbum. Tenebræ autem sunt nihil. At hic dicit Christum esse ἀπαύγασμα non è tenebris. Tenebræ enim non exhibuerunt eum, nec ex nihilo illuxit aut refulsit, sed ex ipsa claritate patris, hoc est, ex ipsius patris interna & naturali illius diuinitate aut essentia. Ita huius splendoris aut refulgentiæ origo & fons est ipsa essentia diuina. Non itaq; potest esse creatura. De nulla enim creatura dicit scriptura q̄ sit diuinæ essentiæ aut claritatis ἀπαύγασμα.

Et ipsa uox δοξα id est claritas per se ostendit & euincit q̄ uerus Deus sit à patre. Claritas enim hic significat, diuinam maiestatem & gloriam in se ipsa. Esse autem illius diuinæ maiestatis & gloriæ ἀπαύγασμα, est tantæ magnitudinis maiestatis, præcellentiæ & gloriæ esse quam ipsa diuina maiestas & gloria est. Alioqui si Christus non es-

C 5 set to



set totius diuinæ maiestatis splendor sed unius tantum partis, tum prorsus non esset splendor claritatis & gloriæ ipsius. Nam gloria & maiestas Dei est unica & inseparabilis maiestas quæ in partes secari & distrahi non potest, quam aut totam aut nullam habere ipsum oportet. Si itaq; splendor est diuinæ gloriæ aut diuinæ essentiae, tum necesse est ut totius essentiae splendor sit, & tam magnus quam magna est ipsa gloria aut diuinitas patris per omnia ei similis & æqualis. Item, si non ex nihilo aut inani neq; è tenebris (ut aliæ creaturæ aut res condita) ortus est sed è naturali & aeterna essentia ipsius patris, necesse est eum esse uerum, naturalem & unum cum patre Deum, nec extra diuinitatem aut diuinam essentiam separatum, ut creaturæ omnes seiunctæ sunt. Sic his uerbis efficaciter & potenter probatur & docetur q; Christus cum patre unus uerus Deus sit, per omnia ei similis, sine discrimine, nisi q; ipse à patre est, non pater ab ipso ueluti splendor est ex gloria diuinæ essentiae, non gloriæ diuinæ essentiae à splendore.

Sic item, ubi dicit, eum esse characterem hypostaseos ipsius patris, potenter etiam probat q; Christum necesse sit uerum & naturalem Deum esse, nec tamen idè multos sed unum dumtaxat Deum esse. Germanis uocatur controspect hoc est effigies cū imago expresse ad similitudinem efficta est eius cuius imago est. Sed hoc deest omnibus istis imaginibus aut iconibus  
ad ui



ad uiuam hominum similitudinem effictis aut pictis  
q̄ non habent nec sunt illa ipsa uera essentia aut na-  
tura illius depicti aut efficti sed sunt alterius sub-  
stantie aut nature. Ut cum pictor aut Statuarius  
aut sculptor aut Lathonus regem aut principē red-  
didit & expressit in tabula ligno aut saxo, quam  
potest expressissime & propriissime, ita ut omnes  
qui uident, statim dicant. En, hic est rex & prin-  
ceps seu homo ille aut iste &c. Ea quidem imago  
seu effigies ipsius hominis est ad similitudinem ipsi-  
us expressa, sed ipsius tamen regis, principis, aut ho-  
minis natura aut substantia non est, sed imago tan-  
tum figura aut similitudo aut icon istius hominis, ha-  
betq; aliam substantiam. Natura enim seu substantia  
imaginis est lapidea, lignea, lineea aut papiracea,  
quiq; eam attingit aut contemplatur is uidet & con-  
tingit non naturam aut substantiam hominis, omnesq;  
dicunt esse ligneam, lapideam aut lineam imaginem,  
sed uiua tamen & essentialis ipsaq; uera hominis i-  
mago non est. Iconis enim istius natura aut substantia  
est lignum, lapis aut papyrus, nec habet, ut dixi, re-  
gis, principis, aut hominis naturam in se. Non itaq;  
potest esse character hypostaseos aut substantie ho-  
minis, ut maxime uocetur & sit imago hōis aut ex-  
pressa effugiataq; ad similitudinē hōis, non in est cha-  
racter hypostaseos aut nature ipsius nec est ea natu-  
ra preedita illa imago, qua natura hō est nec ex ipsi-  
us natura aut substantia facta aut profecta ortaue est.  
(Ideoq; manet perpetuo icon



icon aut imago hominis expressa aut reddita ex altera substantia aut natura.

Sed hic Christus est character patris ita ut sit ipsius patris diuinæ Hypostasis aut substantiæ character, nec ex aliena substantia effectus & delineatus, sed est (ut sic dicam) diuinus character, qui ex Deo est & qui diuinitate præditus est aut diuinitatem in se habet & continet. Ut statua crucifixi Christi, uocatur statua Christi ex ligno facta. Et omnes homines atq; angeli sunt facti ad imaginem Dei, sed tamen non sunt characteres aut imagines hypostaseos & nature ipsius Dei, nec ex diuina eius natura facti aut orti. Sed Christus ex diuina ipsius patris natura ortus ab æterno, Dei imago est substantialis non artificialis non facta uel creata, ut ipsa diuina essentia non ex alio facta aut creata est. Nisi enim totam patris diuinitatem aut diuinam essentiam in se haberet, & totus Deus esset, non posset essentia diuinæ imago & character esse nec dici, si pater quippiam haberet in quo filius ipsi non esset similis aut equalis, sic tandem patri inæqualis & dissimilis fieret nec imago eius in essentia. Nam diuina essentia est unica & impartibilis essentia est unum & solidum quiddam nec distrahi aut separari potest, ita ut necesse sit eam totam & perfectam esse ubi est aut non esse omnino.

Ita duo hæc uerba docent q; pater & filius duo & distincti sint iuxta personas, sed unum & inseparabi



parabiles iuxta essentiam. Nam uox, character, indicat, q̄ filius non pater sed patris imago & alia persona sit. Altera uox, uidelicet ὁμοούσιος substantiæ illius, indicat q̄ á patre natura non sit seperatus sed cum eo in eadem diuinitate & eiusdem substantiæ cum eo sit. Atq̄; ita est character substantiæ eius non facta neq̄; alio tempore cœpta sed quæ ab æterno cœpit & fuit, ut diuina essentia non facta est nec aliquo tempore cœpit, sed ab æterno fuit. Nam si Christus aliquando cœpisset iuxta diuinam essentiam, tum non esset character hypostaseos Dei, quia hypostasis Dei longe atq̄; a deo ab æterno ante ipsum, & longe aliud quiddam fuisset, ac proinde omnino ei inæqualis nec illius character esset. Dei enim hypostasis est æterna. Quod autem esse & fieri aliquando incipit, id temporale est non æternum. Temporale uerò & æternum plurimum & immenso infinitoq̄; spacio inter se differunt ac distant & tanta inæqualitas inter hæc duo est, ut utriusq̄; character non sit similis aut æqualis tantum abest ut eius hypostaseos character esse possit.

Hæc est itaq̄; epilogi summa, & uerus germanus ac genuinus horum uerborum sensus q̄; Christus Iesus uerus naturalis & æternus Deus non sit factus, non creatus, quodq̄; ab æterno fuerit, ortus & natus sit, aut (ut quoquo modo reddam sensum) q̄; sit alia quidem persona á patre, sed non alius Deus

us &



us à patre, sed equalis patri in una atq; eadem eter-  
na diuina hypostasi. Hæc est fides, sic docet fides,  
Hic manet acquiescit & subsistit fides. Fidem dico  
Christianam quæ literarum sacrarum fundamento  
innuitur. Qui uero scripturæ non uult credere, sed  
rationis iudicium sequi, sequatur sane. Sed seque-  
tur cum suo maximo & irrecuperabili damno. Ve-  
rum si quis se moneri ac sibi consuli patitur, is asi-  
num & seruos relinquat in radicibus montis,  
sicuti Abraham fecit, nec ascendat hunc montem.  
Dicit enim Moses, Quicquid hunc montem tetige-  
rit, morte morietur. Breuiter sic se habet res. Nisi  
crediturus es, periturus es. Hoc experientia didi-  
cit Adam, & nos posteri eius omnes.

Hunc Articulum crediderunt & probe intellexe-  
runt Prophete quoq; in uetero Testamento, nisi qd  
propter præfractâ obstinatiam incredulitatē & ma-  
liciam populi illius tam clare eum non expresserunt  
quam exprimitur & docetur in nouo Testamento. Cla-  
rissime tamen in aliquot locis eum expresserunt. Mo-  
ses enim primus sic auspiciatur librum suum in prin-  
cipio creauit Elohim cœlum & terram. Iam omni-  
bus sanctæ lingue peritis notissimum est uocem Elo-  
him, pluralis esse numeri, nec significare unum sed  
multos, ut iuxta grammaticam sic reddendum esset.  
In principio creauit Di cœlum & terram. Nec di-  
cit, In principio (creauerunt) ac si multi essent, sed  
(creauit) quasi unus, cõq; clarissime indicat unum  
dum: a =



duntaxat deum & creatorem esse. Quod uerò dicitur  
Dij, eo significare uoluit q̄ in ea una diuina hypo=  
stasi, sit numerus aliquis pluralis, aut personæ plures  
q̄ una eòq̄; fidem nostram confirmat ne alium Deum  
q̄ unū æternum illū Deum credamus, sed in discamus  
q̄ illa ipsa diuina essentia plures q̄ una persona sit.  
Hinc per totam scripturam Deus uocatur, Elohim,  
hoc est, Dij. Et illa ipsa cōpellatio tribuitur aliquan=  
do creaturis etiā, illis, qui in loco dei sedent magi=  
stratus officio a deo mandato funguntur, ut Exod.  
23. & Psal. 82. Deus stetit in medio Deorum,  
& Deos dijudicat. Item, Ego dixi Dij estis.

Item eodem capite primo scribit Moses, & dixit  
Deus, faciamus aut faciemus hominem ad imagi=  
nem & similitudinem nostram. Hic Deus uocat se  
ipsum nos, & numerum pluralem sibi uni accom=  
modat, non dicit faciam, singulari numero, ac si  
esset solus aut unicus, ut alibi tamen facit. Et  
paulo post dicit, cap. 2. Faciam homini adiuto=  
rium, non dicit, Faciamus ei adiutorium. Item paulo  
post sequitur. Immisit dominus deus s̄porem in Adam  
&c. Hic scriptura loquitur subinde de Deo ut de  
uno qui creet, operetur & omnia solus agat,  
& tamen etiam sic in eodem loco loquitur ut  
de pluribus cum textus habeat faciamus, nume=  
rum pluralem, Id autem ideo fit, ut p̄ hic doce=  
antur quod unus duntaxat sit Deus, & tamen in  
diuinitate illa sint plures personæ quam una.  
Sic



Sic & in 3. capi. post lapsum Adæ dixit Dominus  
Deus. Hic numero singulari utitur ac si unus tantum  
esset. Verba autem statim subsequenter effertur  
plurali numero, Ecce Adam quasi unus ex nobis  
factus est. Nobis dicit, qua uoce indicat plures  
esse personas quam unam.

Quod Iudæi hic gannunt & dicunt Deum cum  
Angelis locutum esse, ubi dixit, Faciamus hominem  
ad imaginem &c. id nihil est, id nec speciem ali-  
quam habet, nec unquam probabunt. Scriptura enim  
non patitur tribui Angelis creationem hominum, nec  
scripturis probari potest quod angeli fuerint Dis-  
nostri, aut quod nos ad illorum imaginem conditi si-  
mus, item quod illis diuinos cultus & honores exhibere  
ut Deos. eosque inuocare, aut quod nos illorum creatu-  
ra uocari debeamus. Unus tantum est Deus & unus  
creator, sed multo absurdius & insulsius est quod  
misere se in glossa torquentes & sudantes dicunt,  
Deum ad terram hæc uerba fecisse, Faciamus homi-  
nem, cum è terra facti simus. Non sic o excæcati  
Iudæi, Terra nos non creauit, Nec sumus imago ter-  
ræ, sed homini subiecta est terra ut ei seruiat.

Sed & hoc magis friuolum, & insultius est, quod  
ubi tam apertis uerbis constringuntur ut euadere  
non possint, nugantur Deum honoris causa secum  
plurali numero loqui, quemadmodum Reges ac  
Principes nunc in lingua germania plurali nume-  
ro de



ro de se loquuntur. Ineptissimum hoc est, nam hic  
est nouus & inter homines ortus mos, nec in scrip-  
turis ab ullo rege usitatus, neq; a regibus gentili-  
bus. Quamuis & Deus plerumq; singulari nume-  
ro in scripturis de se loquatur, non semper plurali.  
Et ut maxime apud homines tale κρησφύγετον nu-  
meri κωβεία, prætectus quicq; ualeret, num prop-  
terea deberem aut cogerer Iudeis habere fidem ubi di-  
cerent, scripturam sic intelligendam esse? Si ob o-  
culos posita haberem firmissima & solidissima  
scripturæ testimonia, clara, perspicua & apertis-  
sima uerba, quæ conscientiam meam captiuassent &  
conuicissent, ut nec Angelo è cœlis possem cedere.  
Hic ne tam apertis scripturæ uerbis ac testimonijs  
postpositis & abiectis, Iudeorum nudis blæteramen-  
tis ac nugamentis cor & conscientiam meam funda-  
rem & inædificarem, Cum tamen Moses ipse dicat,  
eos ab initio & semper inobedientem, contumalem  
recalcitrantem, rebellem & maliciosum populum  
fuisse, unq; Prophetam ullum qui pure docuit, ferre  
& audire potuerunt. Sed de his aliâs plura. Nam  
decreui (si Deus uoluerit) fidem nostram contra Iude-  
orum ineptias & insanias defendere si qui inter eos  
lucrifieri possunt. Nunc sermo institutus rumpen-  
dus & amputandus mihi est & in compendium uer-  
ba cogenda ut proficiscar ad concilium quod Papa  
cum suis mentitur ac fugit, ac fortassis sic menti-  
tus est ac finxit ut de futuro concilio in posterû spes  
D sit



fit nulla, utq; fidem nulli fit facturum q; ex animo  
cupiat fieri legitimum ac generale concilium.

Paucis itaq; attingere tantum hanc caussam aut  
primas huius articuli de Christi diuinitate lineas  
ducere uolui, ut his commonefactus, aliquando fusi-  
us & diligentius, sicuti decreui apud me, hunc lo-  
cum tractem. Addam tamen pauca.

Gene. 18. scribit Moses sic. Apparuit dominus  
in conualli Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui.  
Cumq; eleuasset oculos apparuerunt ei tres uiri stan-  
tes prope eum. Quos cum uidisset cucurrit in occur-  
sum eorum de ostio tabernaculi sui & adorauit in  
terra & dixit, Domine si inueni gratiam in oculis  
tuis ne transcas seruum tuum, sed adferam pauxil-  
lum aquæ &c. Hic loquitur Deus cum Abrahamo,  
& Abraham cum Deo, utroq; modo, nunc singulari  
numero utens, ac si loqueretur cum uno, nunc plura-  
li, ac si uerba faceret cum pluribus. Et textus ta-  
men clare & diserte dicit hanc uisionem aut appa-  
ritionem fuisse Deum ipsum qui ante ianuam ædium  
ipsius illi apparuerit. Nam cum duobus illis ange-  
lis qui cap. 19. Sodomam eunt, longe aliter se res  
habet quam cum his tribus qui cum Abrahamo lo-  
quuntur & cibum sumunt, ut Deus unus, sicut testa-  
tur caput totum. Nec quicq; momenti aut ponderis  
habet quod Iudæi hic nugantur nescio quid. Textus  
uerba sunt aperta & clara q; dominus fuerit qui ei  
apparuit in tribus personis. Et tres illas adorauit,  
sic ac



fic ac si unus dumtaxat fuissent. Non est itaq; dubium  
quin Abraham sanctam trinitatem hic probe cog-  
nouerit, ueluti Christus ait Ioan. 8. Abraham uidit  
diem meum.

Item Deute. 6. scribit Moses sic. Audi Israhel  
dominus Elohim .i. Dij noster, dominus unus est. Hic  
est q; Iehoua, hoc est, unus ille uerus Deus ac domi-  
nus (quod nomen in scripturis soli uero Deo tribui-  
tur, ut probe sciunt Iudaei) sit noster Elohim id est  
Dij, quo satis indicat q; unus sit Deus in essentia sed  
tres distinctae tamen personae, ut dictum est.

Et Iosue cap. 24. ait ad populum. Non poteritis  
seruire domino. Est enim sancti Elohim, hoc est,  
Dij. Hic non tantum est Elohim sed & sancti, nume-  
ro plurali, significaturus q; plures sint personae q;  
una. Et tamen dicit, Dominum esse Deum unum.

Item 2. Regum 7. ait David in sua preceatione  
ad dominum. Quae est gens in terra ut populus tu-  
us Israhel, propter quem iuerunt Elohim, id est Dij  
ut redimeret sibi eum in populum. &c. Hic Deum  
quoq; uocat Dij, & dicit, Iuerunt, numero plurali,  
ac si plures sint, sed statim tamen subdit, ut redi-  
meret sibi, in numero singulari, quasi unus tantum  
iuerit ut ex Aegypto populum sibi liberaret aut  
redimeret.

Item Gene. 19. Pluit Dominus a domino sulphur  
&c. Et Zacha. 3. Dominus dixit Satan. Increpet  
te dominus Satan. Hic loquitur dominus de domino,



Et Dominus pluit a domino, ut unus Et tamen multi. Hinc clare Et aperte David uaticinatur, Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Psal. 2. Filius meus es tu, hodie genui te. In Esaia Et alijs Prophetis multa sunt similia testimonia, ubi Christi regnum Et Dei regnum eodem modo describuntur.

Quod Iudei uirulentia pleni Et excecati hec testimonia scelerate deprauant, Et alio rapiunt, nec ijs quicquid mouentur ut credant trinitatem, id te nihil moueat. Omnis illorum obiectiones Et interpretationes nihil sunt aliud quam proprie ipsorum opiniones Et somnia citra omnem scripturam in hoc tantum ficta Et excogitata ut habeant quo effugiant. Sed hic habemus uerba scripturae clarissima, quae humanis opinionibus sic cuerti non possunt.

Quando sapientiam suam uel maxime ostentat, tum docent nos, quod unus tantum sit Deus Et Turcae faciunt. Hoc autem confitemur Et docemus nos quoque tam constanter Et fortiter quam ipsi. Nec est Christianus homo qui plures aut aliter quam unum Deum, unum creatorem caeli Et terrae confiteatur Et sciat. Quid docere possunt maius Et sublimius? Quid amplius a nobis expetere possunt? Sic fides nostra Christiana clare dicit. Non esse plures sed unum Deum, Extra hunc nullum alium Deum esse sed omnia alia esse creaturas non Deos. Quid igitur insaniunt Et delirant Iudei Et Turcae qui aut summa malicia aut  
summa



Summa ignorantia dementati nos Christianos  
execrantur hoc nomine quasi plures quam unum  
Deum haberemus, Cum tamen sciant, se manifeste  
& scelerate mentiri, ut falsissimis & uirulentissi-  
mis calumnijs nos apud suos auditores grauent su-  
osq; errores stabiliant & confirmant, nostraq; fi-  
dei ueritatem obruant & extinguant.

Quod uero etiam consuemur & credimus unum  
illum Deum, esse in sua diuinitate tres distinctas per-  
sonas, id docet nos sacra scriptura, quam nobiscum  
intueri & sequi debebant. Non enim id ex nobis ip-  
sis fiximus, nec fingere tale quid potuimus nisi scrip-  
tura huc nos cogeret aut duceret, nosq; id clare &  
aperte doceret, maxime nouum Testamentum, cui fi-  
dem non habent, cum tamen id in ueteri Testa-  
mento fundatum & praedictum sit, de quo in ueteri Testa-  
mento testimonia extant clarissima, id quod huius lo-  
ci non est multis probare. Nec hoc ipso q. credi-  
mus unum Deum esse tres personas, quicq; uni diui-  
nitati adimitur aut aufertur, Nihilofecius manet u-  
nus Deus & una diuinitas. Quod uero impia, super-  
bia & presumptuosa audaciq; temeritate uolunt  
iudicare iuxta rationem de Deo eumq; fingere in  
sua diuinitate talem qualis ipsis uidetur, nimirum  
ut sit unica tantum persona, cum tamen eum nunq;  
uiderimus nec uidere possit ullus homo, cumq; scrip-  
tura doceat clare in diuina essentia esse tres perso-  
nas, quod inq; nihilofecius audent in ista abdita &



supra omnem captum posita ascendere & irrumpe-  
re, eo procacitatem & audaciam sceleratam & im-  
piam satis prostituunt qui cæcam & miseram no-  
stram rationem in tantis mysterijs præferunt scrip-  
turæ sacræ, cum tamen scriptura sit Dei testimoni-  
um de seipso, nec ratio quicquid de Dei essentia scire  
possit. Quæ tamen est temeritate, nihilofecius au-  
det de illis iudicare ac statuere confidenter, de qui-  
bus prorsus nihil unquam cognouit. Hoc uerè est quod  
dicitur, Cæcum iudicare de coloribus.

Si pugnant & ipsi è scripturis esse unum De-  
um. Contra pugnamus & nos quæ scriptura tam clare  
& perspicue doceat in uno illo Deo plures esse per-  
sonas, nostræque scripturæ testimonia tantum habent  
momenti ac ponderis quantum ipsorum, cum nullus  
apiculus in scriptura sit frustraneus. Quod uerò  
testimonia scripturæ pro nobis facientia, ipsi pro  
sua libidine & arbitrio interpretari & torquere  
uolunt, id non patimur nec ullo iure id aut specie  
aliqua facere possunt. Est enim Dei scriptura &  
Dei uerbum quod nullus homo ad suæ rationis cap-  
tum interpretari ac cogere debet aut potest. Dicunt  
illi quæ scriptura doceat unum esse Deum. Id confi-  
temur simpliciter & clare, nec torquemus aut in-  
terpretamur scripturas. Cum uerò nos dicimus quæ  
scriptura doceat (ut ante adduximus) quæ in una diui-  
nitate plures personæ sint, hic scripturæ testimoni-  
& uolunt interpretari, & eludere, nec simpliciter  
confi-



confiteri & credere. Sed quis spirituum maleficorum  
iussit eos sic interpretari scripturas, cum eadem illa  
uerba sint tam Dei uerba quam alia illa quae de uno Deo  
docent. Illi testimonia nostra uolunt interpretari,  
nec ferunt ut nos interpretemur illorum testimonia.  
Consultius esset ut utriusque partis testimonia non in-  
terpretarentur, sicuti nos facimus, & simpliciter  
confiterentur, unum esse Deum, & tamen pluralita-  
tem aliquam in diuinitate esse, cum utrumque scriptu-  
ra clarissime doceat. Sed haec nunc dixisse satis sit.  
Ad finem adijciemus his tribus symbolis & symbolum  
Nicenum, quod etiam contra Arrium compositum,  
ut Athanasij, singulis Dominicis in Missa canitur.

**SUBIICIAM CORONIS**  
dis loco his tribus Symbolis & Ni-  
cenum Symbolum.

**C**redo in unum Deum, Patrem  
omnipotentem, factorem caeli &  
terrae, uisibilem omnium & inuisibilem.  
Et in unum dominum Iesum Christum  
filium Dei unigenitum, & ex patre na-  
tum ante omnia saecula. Deum de Deo,  
lumen de lumine, Deum uerum de  
deo uero. Genitum, non factum, con-  
substantialem patri, per quem omnia  
facta



facta sunt. Qui propter nos homines  
& propter nostram salutem descendit  
de caelis. Et incarnatus est de spiritu san-  
cto ex Maria uirgine, & homo factus  
est. Crucifixus etiam pro nobis sub  
Pontio Pilato. Passus & sepultus est.  
Et resurrexit tertia die secundum scrip-  
turas. Et ascendit in caelum, sedet ad  
dexteram patris. Et iterum uenturus  
est, cum gloria iudicare uiuos & mortu-  
os, Cuius regni non erit finis. Et  
in spiritum sanctum dominum, & uiui-  
ficantem. Qui ex patre filioque proce-  
dit. Qui cum patre & filio simul ado-  
ratur, & conglossificatur. Qui locutus est  
per Prophetas. Et unam sanctam catho-  
licam & Apostolicam ecclesiam. Confi-  
teor unum baptisma, in remissionem  
peccatorum. Et expecto resurrectio-  
nem mortuorum, & uitam futuri  
saeculi, Amen.



HANNOVERAE EXCVSVM  
Anno M. D. XLV.



R. Panē āgloꝝ māducauit  
bō al' al' Gl'a pꝛi & Cibauit.  
uociēscūq; Ad vī  
ei māducabit panē  
hūc ⁊ calicē bibet. mortē  
dñi ānūciabitil donec vēi  
at. do grās. & Cibauit il  
los ex adipe frumēti alla al'  
R Et de peē melle saturauit  
eos al' al' Gl'a pꝛi Et Ad iū  
uicūq; māducauēit  
panē hē vl' bibit ca  
licē dñi idigne. reus erit  
corpis et sangnis dñi. &  
Educas panē de terra al' al'  
R Et vinū letificat cor hoīs  
al' al' Gl'a pꝛi Educas. &  
Posuit fines tuos pacē al'  
Et adipe frumti faciat te al'  
In ij vs Sapiēcia edificauit  
Dixit dñs sic i p̄mis vs Cap  
Dñs ih̄s Ad m̄gt O sacruz  
m̄niū. Fferia vi lcio p̄ma  
erum ⁊ si i die cene  
qn̄ sacrm̄ p̄dcm̄ nos  
cit iſtitutū. int̄ missaz so  
lemnia de iſtitucōe ip̄i  
ſpecial' mencio hēat totū  
tñ residuū e' dē diei offici


ipe occupat. In  
gro celebratatis o  
ſtitucōem tāti ſacr  
recolēt ſolēnit' ple  
lis. rōn' pōtifer v  
q̄rtus. h' ſacmēti d  
affcūs pie ſtatuit  
ſtitucōis mēozia. p  
q̄nta p' octauas po  
ſtes a cūctis fidelil  
bzari vt q̄ p̄ āni cir  
ſacmēto vtimr ad  
ei' iſtitucōez illo t  
lam' q̄ ſps ſcs diſc  
corda edocuit ad  
agnoscēda h' miſte  
c̄mēti. nā i eodē tpe  
h' ſacmētū a fidelil  
egit quētar  
ei i actib' aplo  
erāt pleuerātes i d  
aploꝝ. ⁊ omūicaciō  
cōis p̄is ⁊ orōib'.  
p' ſps ſci miſſionē. ⁊  
p̄dca q̄nta feria. ⁊ p  
ſeq̄ntes. e' dē ſaluta  
tucōis hōrificenci'  
mēozia. et ſolēnitas



causatione magis  
erant in canonicis  
nocturnis prater quod  
s. profat' ronus po/  
is q' h' moi horis i  
lenitate psonaliter  
intessent. stipendia  
a. aplica largicoe o  
qtin' p' hec fideles  
i festi celebratē a/  
s et copiosius ouei  
nde vē rent. l' iij  
oibus penitentibus r  
s. q' matutiali officio  
i pncialr i eccia ubi  
azet adessent centū  
nisse totidē. ill' at q'  
ent i pms ipsius fe  
pis. s' r centū. q' vo  
is totidē. eis qz q' p  
ercie. sexte none. ac  
pletorij adessent offi/  
p qlibet horarū ipaz  
gita. illis vo q' p festi  
s octas i matutinali  
vesptinis. misse ac p/  
z horaz officijs pn/  
xisteret. singul' dieb'

vius sa turā. l' iij  
cramēti figura p'ces  
sit qn' māna pluit de' pri  
b' i deserto. q' quotidiano  
celi pascebantur alimēto.  
Unde dictū ē. Panem a  
geloz māducauit hō Sz  
tū panē illū q' māducaue  
rūt oīs i deserto mortui  
sunt Ista at esca quā acci  
pitis. iste panis viu' q' de  
celo descendit. vite eterne  
s'bam mīstrat. Et q'cunqz  
hūc panē māducauerit. nō  
moriē in etnū. q' corpus  
Onsi cristi ē. l' v  
vera vtz nūc pstan/  
cioz sit panis angeloz an  
caro xpī. q' vtiqz ē corpus  
vite Manna illud de celo  
hoc ē sup celū Illud celi  
hoc dñi celozū Illud cor/  
ruptioni obnoxū. si i diē  
altez obseruaret illoc ab  
oī corrupcōe alienū Qui  
cunqz religiose gustauēit  
corruptionem sentire nō  
poterit





U 14 10 0 10









AB:  
153 500

ULB Halle

3



002 695 588











Hannov 1545

